Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



83

omis reprobis ad pallorem mortis eternę uenturis. Mor-
tuis enim pprie pallor accedit. nec mirum si p̄ equi
pallorem mors exprimit. cum etiam ipse sessor mors
uocetur. Vnde subdit. Et qui sedebat sup illum nom.
illi mors. Quo nomine diabolus intelligit. quia
inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.
Qui sup eos sedet qui pallidi sunt. hoc est qui ope
ra mortis habent. et cum ipsi sint mortui etiam
alios extinguere querunt. Vnde et sequitur.
quia infernus sequebatur eum. Ipsi enim bene infe
rus appellantur. quia sicut infernus numquam dicit
sufficit. sed semp ad recipiendas animas sinum lar
gitur. ita et isti mentem dilatant. ad ambienda ter
rena. nec tantum acquirere possunt. quantum cu
piunt. Vnde sequuntur diabolum id est imitantur illum.
qui est caput omnis malicię. Vnde scriptum est.
imitantur illum qui sunt ex parte eius. Auctor itaq;
mortis contra uiuos pugnaturus sup equum palli
dum sedet. quia numerum p officium eorum. quos
iam spualiter occidit. uitam electorum extinguere
querit. Et data est illi potestas sup quatuor par
tes terrę interficere gladio. Hic aperte demonstratur.
quia singulis gentib; ds omps angelos secundum
meritum suum preposuit. Et sicut bonis bonum id est
michaelem pfecit angelum. unde est. nemo est ad
iutor nisi michael. princeps uestr. ita malis
malos angelos ppositit. ideoq; quatuor angeli
qui in quatuor regnis principalib' sunt ppositi.
non boni fuerunt sed mali. Data est illi potestas